

*Aqua Bardana Composita.*

℞ **R** AD. Bardanæ, Garyoph.  
 Tormentil. Cynoglof. re-  
 cent. ā ʒiv. Herb. Jacobææ,  
 Geran. Robert. Plantag.  
 Chelidon. maj. Agrimon.  
 Veron. Hed. terr. Sedi maj. ā Mij. Sem.  
 Fœnic. dulc. Coriand. ā ʒij. Seri Lactis Cong.  
 ij. destill. ut artis est.

Serum magis aptum videtur Destillationi,  
 quatenus demptâ parte caseosâ inutili, minùs  
 Empyreumati obnoxium est.

Utilis est in Cancro, Scrophulis, morbis  
 interioris recessûs, & obstinatis. Ingreditur  
 benè Julapia appropriata. In hujus ʒij. ex-  
 primantur Millep. contusi N<sup>o</sup> 40 vel 50 pro  
 dosi matutinâ per mensem integrum.

*Aqua Chalybeata nostra.*

℞ Limat. Chalyb. Tart. albi pul. ā ʒiiij.  
 Aq. font. ℥viiij. digeratur moderato furni ca-  
 lore 4. dies: deindè liquor clarus per colum  
 effundatur; usuique reservetur.

Hæc Aqua, si nimis diù asservetur, fæto-  
 rem contrahit. sed absq; sumptu paratur; Cha-  
 lybe fatis imprægnatur; & ad hunc modum  
 mista commodissimè exhiberi solet.

℞ Aq. Chalyb. nost. ℥j. Aq. Ment. Ab-  
 sint,

fint. comp. ā ʒij. Aq. Lumbric. Magistr.  
Gent. Comp. Syr. è ʒ Radic. ā ʒiv. m. f. Ju-  
lap. cujus Dosis cochl. vi. bis in die.

*Aqua Fimi.*

℞ Herb. Becab. Nasturt. aq. Ling. Cerv. ā  
Miiij. Cort. Aurant. recent. N° iij. Nuc.  
Mosch. ʒvi. Sterc. Eq. succulenti ꝑiiij. Lact.  
ꝑix. Succi Scabiosæ, Tarax. Aq. Hyssopi ā  
ꝑj. f. Dest. f. a.

Ufurpatur in Julapiis contra affectus Pecto-  
rales, Scorbutum, & Dolores vagos.

*Aq. Juniperi Comp.*

℞ Bacc. Junip. contuf. ʒxii. Sem. Anisi,  
Carui, Coriand. ā ʒj. Spir. Vini ꝑxij. Aq.  
(ad med. coctæ) ꝑiv. Salis decrepit. ʒiv. f.  
Destil. f. a. ex Alembico.

Carminativa, Stomachica, & Splenetica  
dici meretur.

*Aqua Limacum Scorbutica.*

℞ Limac. cum testis contuf. ꝑiiij. Cort.  
Aurant. recent. ʒiiij. Herb. Becabungæ, Na-  
sturtii aq. Aparines ā Miiij. Seri Lact. ꝑvj. fi-  
at Dest.

Aquam è Lacte destillatam non esse (quic-  
quid alii astruant) meram & sinceram Aquam  
Elementarem, hinc (inter cætera) constat;  
quòd diutiùs asservata acescit. Sic equidem  
citò solet jusculum (id est Aqua succis Ani-  
malibus imprægnata) nunquam verò Aqua  
simplex, licet ævum reponatur. Sed Aqua  
Lactis

Lactis est (prout mea fert sententia) Ros quidam Animalis, nobis congener; Cruori supeditans Lympham salinæ aspredinis expertem, mollem & amicam; quæ totam massam diluendo, contemperando, & commiscendo, eam æquabilius liquidam, benigniorem, magisq; homogeneam reddit; proindeq; quò liberius Sanguis circuletur; fervores deponat; Partesq; nutriat, egregiè opem confert

Laudem meretur contra Febrem erraticam scorbuticam, Dolores vagos, Marasmmum, & Sudores nocturnos.

*Aqua Limacum Pectoralis.*

℞ Limac. contus. ℥iij. Micæ Panis albi ℥xij. Nuc. Mosch. ʒvj. Herb. Hed. terr. Mvj. Seri Lact. ℥vj. Dest.

Quandocunq; volui hanc Aquam non fore omninò frigidam, spiritus Vini ℥ss. vel ℥j. ante destillationem adjeci. Cogitavi etiam de additione Balf. Tolut. ʒvj. (sc. ut Aqua Balsamum gratè Spiraret: ) sed nondum expertus sum.

Rerum Essentiæ, & Affectiones aded sunt subtiles, aded abstrusæ, ut meliùs à posteriori, quàm priori plerùmq; sint dignoscendæ. Ideoq; (negat id licet Zwelferus; dummodò afferat Experientia) ratum nobis habeatur, quòd quamvis Limaces & Panis Mucilaginem suam, & Succum crassum per Alembici rostrum emittere nequeant, Effluvia tamèn Sanativa possunt; iisq; Aquam (eorum vehiculum) saturè imprægnare sufficiant.

Humectat, Lenit, Nutrit, Confortat; Extenuatis, Hecticis, & Phthificis conducit.

*Aqua Millepedum.*

℞ Millep. viv. Pint. jfs. Cort. recent. Aurant. & Limon. ā ʒiij. Micæ panis albi ʒxij. Nuc. Mosc. ʒvj. succi Scabiosæ, & Aparines ā ℥j. Seri Lact. ℥iv. dest.

Cortices debent esse recentes: licet enim inter destillandum, Herbæ aromaticæ plus olei præbeant siccatae, quàm virides; è contra tamèn Cortices Aurantium, & Limonum plus olei (& consequentè Saporis, Odoris, & Virtutis) præbent virides, quàm siccati.

Usui est in morbis capitis & nervorum, in Arthritide, affectione Hypochondriacâ, Asthmate, Phthisi, Scrophulis. Sanguinem depurat, Urinam movet. Vide Expres. Millep. simpl.

*Aqua Scelotyrbica.*

℞ Rad. Raph. sylv. Ari. Cort. Aurant. recent. ā ʒiij. Herb. Cochl. hort. Persicar. ā Mvj. Nasturt. aq. Becab Salv. Ment. ā Miiij. Nuc. Mosch. ʒiij. Cerevis. annosæ ℥xij. destill.

In Julapiis, Infusis, Decoctis. Valet præcipuè contra Scorbutum, ejusque varia symptomata. Insuper Urinam movet.

*Balsamum Mirabile.*

℞ Thuris ʒij. Mastiches, Garyoph. Galangæ, Mac. Cubeb. ā ʒfs. Lig. Aloes ʒj. pulverisata misce cum Mellis ℥fs. Terebinth. Ven. ℥j. his adde Spir. Vini com. q. s. (sc. uti